

Une place pour tous – p. 44

Commonstrabo, quo in quemque hominem facile inveniatis loco,
Vel vitiosum vel sine vitio, vel probum vel improbum.
Qui perjurum convenire vult hominem ito in Comitium ;
Qui mendacem et gloriosum, apud Cloacinae sacrum,
Dites damnosos maritos sub Basilica quaerito.
Ibidem erunt scorta exoleta quique stipulari solent,
Symbolarum collatores apud forum piscarium.
In foro infimo boni homines atque dites ambulant,
In medio propter Canalem, ibi ostentatores meri.
Sub Veteribus, ibi sunt qui dant quique accipiunt faenore.
Pone aedem Castoris, ibi sunt subito quibus credas male.
In Tusco vico, ibi sunt homines qui ipsi sese venditant,
In Velabro vel pistorem, vel lanium, vel haruspicem...

PLAUTE, *Curculio*, (*Le Charançon*), v. 467-487 (avec coupes).